

No. 1083. 1466. 18. Jan.

Schreiben des apostol. Legaten B. Rudolph von Breslau und Lavant an den Decan Dr. jur. Heinrich Leubing.

Reverende pater etc. Vix portas civitatis exierat heri sacerdos, cui litteras promotorias ad me dederatis, quibus paternitati vestrae significavi me dudum epistolas eiusdem cum gratisimis avisamentis acceperisse, supervenit tabellarius vester cum duplicibus litteris vestris de VIII. et X. Januarii mihi certe iocundis. Scio enim quod tanti principis assistentia poterit operari, profecto si principes civitates et populi Silesiae atque Moraviae tale caput haberent, omnes ad illud gratissimo animo confugerent. Si ad me veniant oratores suae celsitudinis, cum omni humanitate suscipiam et in quibuscunque potero salva fide et honore sedis apostolicae condescendam. Verum propediem veniet ad excellentiam doctor ille, quem dominus Cretensis hic reliquerat reversurus ad pedes sanctissimi domini nostri, cum quo scribam hortans, ut sanctissimus dominus noster super brevi bullato quod alias praesentavi respondere dignetur. Rogo placeat dare ordinem ut literae responsales honeste sanctissimo domino nostro cum dicto doctore mittantur, quod iam diu sua sanctitas apostolica praestolata est, non dubito quin plures temptationes oblocutiones blanditias minas etc. habuerit et habiturus sit. Sed talem vestrae paternitatis virtutem a diu cognovi, quod haec omnia facile parvi pendat ac penitus non advertat. Pergat ergo constanter viam quam cepit pro gloria dei et sanctae sedis apostolicae, et faciet sibi nomen gloriosum in hoc saeculo et praemia magna consequetur in futuro, quae tribuat altissimus. Datum Wratislaviae die XVIII. mensis Januarii anno domini M.CCCC.LXVI.

Ad vota vestrae paternitatis paratus R. Lavantinus etc.

Reverendo patri domino Leubing, sedis apostolicae prothonotario, iuris utriusque doctori, decano Misnensi, amico carissimo.

Nach einer Abschrift von Ursinus, diplomatar. Misn. I. 460 aus dem liber Theodorici fol. 420.

No. 1084. 1466. 14. Aug.

Jurge von Sleynitz Ritter zu Serhußen gessen beurkundet, dass der gestrenge Wesandt von Ragerwitz vormals 2 Schock Gr. jährl. Erbzinsen von 2 Hufen im Dorfe Stauchewitz (Stauchitz), die jetzt Brosius Buche besitzt, mit dem Rechte des Wiederkaufs an das Domcapitel verkauft, dieses Recht aber dessen Erben Cuntze und Wesandt v. R. ihm überlassen und er selbst nun einen Tausch mit dem Capitel getroffen habe und 2 Schock Gr. an gelde getreide vnde obley vff diesen nachgeschriben guttern beweist; czum ersten dreißig grosschen von eynem weynberge gelegenn yn der Obirmiessem (Obermeisa), den itzund der wirdige doctor Nicolaus Tronitz besiczet, item achtzen gr. von eynem garten, als man zcu dem heylgen creutze gehet vnde an den obirweg trifft, den itzund Merten Maley besiczet, item sebvnddreissig gr., eyn scheffil weisse, andert halben scheffel korn, anderthalben scheffil haferen, eyne schoulder, funftzen eyer vnde drey hummer von eynem gute zcu großen Doberwitz, das itzundt ynhad — Hamns Borger, item sechs gr. von dem hauße vnde garten uff dem iarmarckte, der an den stegk stost, den itzund besiczet Peter Beyer, item czehen gr. Vrban Elende zcu Misschewitz 2c.; sämtlich Zinsen, die J. v. Sl. von dem Kurf. Ernst und Herzog Albrecht in Lehn hat und vormals Lehnstücke der Burggrafen zu Meissen waren. Dagegen bleibt diesem das Recht des Wiederkaufs derselben bei halbjähriger Kündigung vorbehalten vmbे virtzigk schogk guter Fribergisser grosschen der